

Etuntur; tum ratione vitæ & mutuæ charitatis, qvando
tolerant se se invicem per Charitatem, studentes servare
unitatem spiritus, per vinculum pacis. Eph. 4, v. 2, & 3.

XXIV.

Finis hujus structuræ est hic, ut crescat eis radix ævior cū
auejœ in Templum sanctum in Domino: Item, ut sit ualere
In spiritu regnus Dei in puris spiritu, habitaculum Dei per spiritum. Tem-
plum autem sanctum est Ecclesia: qvia Deus in Ecclesia
nos sanctificat per Spiritum S. mediante verbo & sacra-
mentis, ut à Nobis sanctè colatur & adoretur. Habitacu-
lum autem Dei dicitur, qvia ibi Deus præsentiam suam,
gratiosam declarat, in singulis etiam credentibus per si-
dem habitat Eph. 3, v. 17. suamq; habet mansionem in
se diligentibus Joh. 14, v. 24. I. Joh. 3, v. 24.

XXV.

Συνοικοδομεῖθαι vel coædificari dicuntur Gentes, qvæ
aliqvando fuerunt sine Christo, ab alienatæ à Republ.
Israelis, & extraneæ à testamentis promissionis, spem
non habentes, Deoq; carentes in mundo; nunc autem
ad communionem Ecclesiæ vocatae & propinquæ factæ
sunt, per sanguinem Christi, qui fecit ex utrisq; unum
Eph. 2, v. 12, &c.

XXVI.

Causa efficiens principalis hujus ædificii est ipse Chri-
stus, uti ex verbis ipsius constat; Edificabo Ecclesiam me-
am. Minus principalis vel secundaria & instrumentalis est
ministerium, diaconos & σύνεργοι Christi, I. Cor. 3, v. 4. &
9. qui qvod agunt, non suæ, sed Christi virtute agunt, cui
soli Paulus omnem verbi efficaciam ascribit v. 7. his
verbis: Neg, qui plantat est aliquid, neg, qui irrigat, sed qui
dat incrementum Deus. Et ipse Christus ait: sine menib[us]
potestis facere, Joh. 15, v. 5.

B

Jam